



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Anno M.D.LIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

excitandis: nec existimare Archiepiscopalis functionis, quam aditus esset, primitias auspicatio re alia re felicius consecrari posse. Deniq; persu sum habere ea potissimum via cum iuuentuti, clero suo consultum iri. Itaque Canisius prospicte, reique momento susciperet causam, agretq; cum Præposito, vt in æstatem proximam, sive numero ad se familia mitteretur, cum qua, Christi benignitatem, & ipse redire ne grauatur. Quæ ad humanos usus necessaria forent, cræ sibi futura. Complexus est toto pectore ex procurationem Canisius, egitq; accuratè. Subtæ tamen causæ fecere, vt pia tum illius, tum archiepiscopi vota lentiorem exitum sortirentur.

1559. Nouus iam annus labentis seculi vnde sexagesimus aduolutus erat & Cæsar instabat, vt Augustam Canisius properaret. Et quidem Pontifex doctus à Patribus Romæ, quid proficere alibi posset, potestatem Nuntio fecerat hominis dimidi. Sed Nuntius carere se tali præsidio, solatioque negabat posse. Quippe cum magnis vrgeret angustiis etiam rei pecuniariæ, bonus senex insinnum fidelis comitis onus animi deponebat, singularique illa pietate, ac modestia, non modò sa pien-

pientia mirè recreabatur. Vbi licebat animaduertere quanto felicior sit in humilitate religiosa virtus, quam inter honores quamuis sacros. Namq; dum Episcopum, Nuntiumque variæ solicitorum habent curæ, & ipsa inter opes angit inopia, Canisius obedientiæ vehens nauigio, & Euangelica nuditate diues, extra humanorum casuum incertas vices videbatur sibi remotus, habens in cruce omnia. Itaq; his Domino verbis gratulabatur, Benedictus Dominus, qui nos docet ubiq; sufficienes esse, ut neq; lucrificare, neq; amittere posse videamur, solo Christo Crucifixo contenti. Sub hæc conuentus absoluitur, exitu sanè Canisij precibus, ac votis conueniente. Rex, grauissime licet oppugnarint Hæretici, nihil permisit in Episcoporum iniuriam statui, nihil in religionis causa mutari. Tum bona donatus missione Canisius quarto Idus Febrarij discessit, cor in eo Regno suū relinquens. Sic enim reputabat, planeq; sibi persuaserat, quanto magis afflictæ, ac desperatæ iudicio mortalium essent res, tanto magis & suas, & sociorum reliquorum esse partes, opem iis prævili ferre. Quia sumus, inquit, de Iesu Societas, & laboranti Ecclesiæ operam omnem debemus.

V 3

Domi-

*Paupertas beatæ Canisij.**Zelus animarum: & in Pelonos caritas.*